



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

2 de obligatione ex Negotiis gestis, eiusq[ue] actionibus in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

De obligatione ex Negotiis gestis, eiusque actionibus in genere. Cap. 2.

Lib. 3. P. tit. 5. Lib. 2. C. tit. 9.

W. S. Meyer.

- 1 *Negotiorum gestor proximus procuratori.*
- 2 *Negotia alterius quis gerit, vel sua tantum, vel alterius, vel vtriusque causa, unde diuersa nascuntur actiones.*
- 3 *Negotiorum gestorum actiones mutua ob absentis negotia gesta.*
- 4 *Negotiorum gestor exactissimam debet negotiis diligentiam, dolum & culpam latam, non casum: Et pro quibus tenetur.*
- 5 *Negotiorum gestor ibi conueniendus, ubi gessit, non obstante fori priuilegio.*
- 6 *Negotiorum gestorum actio directa cui datur.*
- 7 *Quamdiu duret.*
- 8 *de Contraria cui datur eod.*
- 9 *Negotiorum gestor quando non repetit impensas in negotia.*
- 10 *Negotiorum gestorum actio utilis, directa, & contraria.*
- 11 *Negotiorum gestorum actio finis, & ratio.*

¶ **Q**ui negotia alterius gerit sine mandato, similis propemodum est procuratori: ideo & res, & personæ eadem fere trutinæ, qua in mandato dictum est, examinari debent.

¶ **I**nterdum autem negotia aliena geruntur, gerentis tantum, aut domini causa, aut sui & gerentis causa. Qui sui tantum lucri causa gerit aliena negotia, puta prædandi, ipse quidem actione negotiorum gestorum conueniri potest, at ipse conueniri non potest dominum, nisi quatenus locupletior factus est, *l. si pupilli, 6. §. sed etsi quis, de negot. gest. P.* animusque inspicitur, quæ mente quis aliena tractet, & quas res, & num animo repetendi sumus, negotia gerens faciat, quod vel ex expressa voluntate gerentis, vel qualitate rerum, personarum, *l. Pomponius, 16. eod.* & negotiorum distinctionem accipit, ut in actionibus apparebit. Contemplatione quoque personæ alterius, quam suæ, gerit quis aliena negotia, ut si contemplatione domini, vel patris, quilibet negotia pecuniaria serui, aut filii familiaris gerat: nam patrem, aut dominum tantum obligatum habet de peculio, *l. si pupilli, §. sed si ego, vel si pupilli negotia gesserit mandato tutoris, vel minoris, mandato curatoris: nam hic ex mandato habet obligatum tutorem vel curatorem: sed negotiorum gestorum causa, etiam pupillum & minorem, l. qui pupilla, 4. Cod. de negot. gest. d. l. si pupilli. Quare quando quis al eorum negotium, ut suum tractauerit, non nascetur vtriusque negotiorum gestorum obligatio: si tamen, ut alienum & suum, contra, *l. si pupilli tui, 6. §. si quis ita simpliciter, de negot. gest. P.* Nec interest scientie, vel ignorante domino, negotia eius quis administrauerit, *l. ignorante, 50. de negot. gest. P. l. 2. & l. si nego. 12. eo. tit. P.**

¶ **C**um quis itaque absentis negotia gessit, nascuntur vltro citroque actiones inter gerentem, & eum cuius sunt negotia. Directa competit domino aduersus eum qui gessit, & contraria gestori, aduersus dominum, *§. igitur, de oblig. qua ex qua. contr. l. 2. de negot. gest. P.* nec interest cuius sexus fuerint hæ personæ, *l. 3. eod. P.* Directa agit dominus ut gestor actus sui rationem reddat, & eo nomine condemnetur, si quid vel non oportuit gessit, vel ex his negotiis retinet, *l. 2. de negot. gest.*

¶ **N**on gessisse autem videtur ut oportuit, si exactissimam diligentiam non adhibuit: nec enim sufficit talem adhibere, qualem rebus suis adhibere solet: si modo alius diligentior eo commodius administraturus esset negotia, *dicit §. igitur, versic. sic autem, si negligit ea agere, quæ alius fuisset gesturus, l. si pupilli, 6. §. videamus, de negot. gest. P. l. Proculus, 19. eod.* & præstat dolum, latam & leuem culpam, *l. tutori, 22. de negot. gest. C.* Tamen alienum negotium gerentes casum fortuitum non tenentur præstare: nisi speciali pacto fuerit conuentum, *l. negotium, 22. de negot. gest. C. l. 1. commo. C. l. qua fortuitus, de pig. act. C. vel culpa sua in casum incidere, iuxta l. debitor, 14. de negot. gest. P. & l. si negotia, 12. eo. Hic tamen considerandus animus eius, qui gessit, an tanquam omnia negotia alicuius gesturus ad administrationem accesserit, *l. sed cum, 17. de negot. gest. in P.* & ita omnia tractauerit, sed ita quædam segniter, quam oportuerat, & tunc tenetur pro omnis & negligentia: aut vero, tantum quædam voluerit gerere, & tunc de illis tantum, quæ circa ea commissa segniter, vel male sunt, tenetur, *l. Pomponius, 2. & l. seq. & l. nam & seruus, §. si viuo, de negot. gest. P.* Nã satis abundeque sufficit, si cui vel in paucis amici labore consulatur, *l. ait prator, 3. inter dum, de negot. gest. P.* potissimum si rem deserat*

& derelictam amici curauerit, quo casu tantum de dolo tenetur, *d. l. tutori, C. eo. l. tutores qui, 40. §. curator qui, de admin. tut. li. 6. P. tit. 7. l. qui proprio, §. 1. de procura. P.* Verum arguitur culpa, si 2. uod ceperit, legitime non impleuerit: quia inuari, non decipi beneficiarios oportet: quod in hac specie in hanc sententiam respicit Paulus Iurifonsultus de commodato: geritur negotium, inquit, inuicem, & ideo inuicem propositæ sunt actiones, ut appareat quod in principio beneficii, ac nudæ voluntatis fuerat, conuenit in mutuas præstationes actionesque ciuiles, ut accidit in eo, qui absentis negotia gerere incoauit. Neque enim impune petitor deseret. Suscepisset enim fortassis alius, si is non suscepisset: voluntatis enim est, suscipere mandatum, necessitatis consuetudinem, & c. *l. in comodato, 17. commo. P.* alioquin culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti, *l. culpa est, 36. de reg. iur.* neque excusatur quod non impleuerit negotium imperitia, cum imperitia quoque culpa, *l. imperitia, 12. 2. de reg. iur.* annumeretur, neque quilibet affectare negotium debeat, in quo sciat operam suam alii fore damnosam, *l. idem iuris, 8. §. §. ad leg. Aq. P. §. iniuria, eod. tit. ap. Inst. l. fin. de assessor. C.* Insuper & quicquid negotiorum gestor ex negotio gesto recipit, hac actione cogitur restituere, *d. l. 2. de negot. gest. P. & l. si autem, 8. §. 1. eo. tit. ut si pecuniam, vel aliam rem petenter ad se accepit, restituit, l. si pupilli, §. si quis pecuniam, de negot. gest. P.* ut pecuniam exactam nomine domini ratam exactionem habentis exsoluat, *l. si pecuniam, 9. C. eod.* & non tantum sortem, verum etiam vfuras ex pecunia aliena perceptas, vel quæ percipi potuissent, *l. at qui natura, 20. §. non tantum, & l. qui aliena, 33. & l. luis, 39. §. 1. de negot. gest. P.* nisi dominus non conlueuerit fore creditas pecunias, *l. quis amissos, 13. §. fin. de vfur. P.* Sed in his, & similibus, persona quæ gessit consideranda: nam si pupillus gessit, conueniri quidem potest, sed in id quo factus est locupletior, *l. 3. §. pupillus, P. l. 2. C. eo. tit.* Sic seruus ex eo quod in seruitute gessit, manum illius etiam, non conuenitur, nisi gestio contra sit ad eum, qui post manumissionem duret, *l. cum actum, 18. eo. P. l. si cognatus, 21. C. eo. tit.* ¶ **A**ttamen priuilegium personale gerentis, & fori præscriptio non obicitur: sed ibi respondere, & conueniri debet gestor, ubi negotium gesserit, *l. interdum, 36. §. de iud. in P.* ¶ **D**atur autem hæc actio negotiorum gestorum, non tantum domino, sed & illi cuius interest experiri: nec interest directa quis, vel vtili actione agat, vel conueniatur, sublati formularum conceptionibus, *Paulus, l. actione, 49. de negot. gest. P.* admissis adagendum successores, *l. successores, 13. de negot. gest. P. l. fin. autem, 21. eo. P.* etsi personalis hæc actio sit, *l. negotiis gestis, 23. C. eo. tit. de negot. gest. & aliquando in rem, ut quando pro officio administrationis tutoris, vel curatoris bona, si debitores existant, tanquam pigoris titulo, minores sibi vindicare non prohibentur, idem est, si tutores vel curatores constituti non administrauerint, *l. pro officio, 20. de admin. tut. C. l. 3. arbi. iud. C. cum similit.* ¶ **V**erum obliandum est, ut tempus agendi duret, quod non finitur spatio longi temporis, sed tantum triginta annorum, *l. aduersus eos, §. de negot. gest. C.* ¶ **C**ontraria actione negotiorum gestor agit & eius lucifessor, *l. 3. hæc actio, & l. fin. autem, 21. de negot. gest. P.* & si cuius interest, *l. actio, 49. eod. tit.* si vtiliter negotia gessit. Is autem vtiliter negotia non gerit, quin non necessariam rem, vel quæ onerata est patrefamilias, aggreditur, *l. sed an vltro, 1. §. 2. de negot. gest. P.* Equum autem est, et qui vtiliter gessit, præstare quicquid eo nomine vel abest ei, vel abfuturum est: sufficit autem vtiliter negotium esse gestum, *l. 2. §. si eo. tit. P.* §. igitur, *de oblig. qua ex quali contra. nasc. quæuis ex sententia domini res nõ succellerit, aut quamuis interierit, dum modo culpa nulla adfit gestoris, d. l. sed an vltro, §. 1. & l. qui mutuum, 6. §. si mand. P.* Repetet itaque quæ impendit in negotia, & sumtus honeste per gradus pertinentes factos, *l. qui vtiliter, 47. de negot. gest. P.* si alterius nomine obligauit, non donandi animo, *l. 3. §. fin. & l. 4. eo. P.* vel soluit, *l. cum pecuniam, 45. & l. fin. de negot. gest. P. l. 5. C. eo. tit.* Et qui seruum non inuitem domino curat, sumtus a domino hac actione repetit, *l. si seruum alienum, 10. de negot. gest. C.* repetit & vfuras, quas exsoluit pro pecunia in altera negotia impendit, quæ uel ex sua pecunia percipere potuit, *l. at qui natura, 20. §. non tantum, eo. P. l. ob negotium, 18. C. eod. tit.* Agitur quoque domino pro his exceptionem proponere poterit de eo, quod debetur, *l. 3. de tutel. & ratio dist. l. 27. P. tit. 3. imo & confectionem, l. qui aliena, 33. de negot. gest. P.* Equum enim est, gerentem in damno non versari, *l. qua vtiliter, 47. §. si eo. in P.* & quæ in rei cõseruationem facta sunt reperere, *l. si pupilli, 6. §. si tui, eo. & quæ quoque nemini officium suum esse damnosum, l. qua vtiliter, 7. §. fin. quem ad. test. aper.**

¶ Sunt tamen casus, quibus quis non repetit, quod in res alienas fecit. I. si supra summam, quam destinaverat testator, l. qui aliena, 3. §. libertos, de neg. gest. P. aliquod opus erogaverit. Et qui plus, quam debuit, impendit, recuperat tantum id quod præstare debuerit, l. si quis negotia, 26. eod. qui proprio, §. qui procurator, de procura. 1. qui male gesserit, seu non stilter, non repetit impensas nisi ratum habuerit dominus gestum, l. Pomponius, 1. §. de neg. gest. Item nec si condemnatus non appellaverit, l. libro 10, 3. §. si de ne. gest. l. quoties, §. illud, de adm. tut. in P. si impensas voluptatis causa fecerit, l. ex duobus, 28. de neg. gest. P. vel aliud gesserit, quod non expedit domino, l. sed an vitio, 11. §. is autem, de neg. gest. P. si indobitum soluit, l. si quis negotia aliena, 24. eod. nisi quoque ratum habuit sic negotium, l. si pupilli, 6. §. item quæritur, eod. Tertio, non repetit negotia gressus, quæ impendit alio animo quam repetendum si do uandani mo expendat, l. si filius, 12. C. de neg. gest. l. 4. eod. P. vel si affectuonis & amicitie causa eius, cuius negotia sunt, vel patris eius, l. si quis amicitia, 4. eod. P. si remunerandi, §. si passus mandata, P. si pietatis causa, veluti alio loco filiam, l. ex duobus, 28. §. in P. si mater, auia, nutrant, descendentes sine protestatione repetendi, nulla facta, dum uixerent, reputatione sanctum, l. N. ex omni, 36. eod. P. si alimonia, 11. C. eod. si vitricus paterno affectu priuignas aluerit: & pro eis mercedes aliquas magistris fecerit, nisi habuerit tantum repetendi, l. si paterno affectu, 6. §. in P. Item nec quæ affectione aliquam in uxore impenduntur, gratiam, repetuntur, l. quod in uxorem, sicut nec quæ affectione do nesticæ, vel maternæ sunt, l. C. eod. tit. si quis officio, & obsequio liberti factus sit, & impendit, non repetit, l. officio, 5. C. eod. de neg. gest. At quæ mater circa res filii impendit, recte etiam, si non in rationes retulerit, ab ea, vel successoribus eius petuntur, l. alimonia, 12. C. eod. & quæ filius pro patre, l. si filius pro patre, 12. eod. C. & frater pro sorore, l. si negotium, 16. eod. C. Quarto, non potest agere contraria negotiorum gestor, si gesserit, postquam dominus ei interdictum non gereret, l. si C. de neg. gest. l. si ex duobus, 9. eod. tit. P. si remunerandi, 6. §. si passus, §. l. si pro te, 40. §. l. qui sibi alterius, 13. mand. P. Aulus Gellius, lib. 1. ca. 13.

¶ Actio etiam ex negotiorum gestione vilis, esse potest directa, vel contraria, quæ datur aliis, quam prædictis personis ex iure illorum, l. curatoris, 17. §. ibi gl. C. de neg. gest. quod non pluribus persequatur, submoti, ut monui, formularum actionum differentia. ¶ Finis, & causa cur iure prætorio hæc negotiorum gestorum formula, & actiones inducuntur, est absentium uilitas, ne iudicium rerum possessionem, aut uenturam patiantur, vel pignoris distractionem, vel pæne committendæ actionem, vel iniuriam suam amittant, ut scripsit Vlpianus, l. actio, 49. de neg. gest. in P. & Iulianus, l. 1. de negot. gest. in P. l. ex maleficio, 4. §. si quis absentis, de act. in P. Sic alibi placuit Imperatori Constantino, pro recuperanda possessione, quia absens sollicitus est, admitti etiam siue mandato amicum, colonum, libertum, seruum, propinquum, l. si per vim, vel al. o. mo. h. 8. C. tit. 5.

De actionibus Tutelæ, & curæ directis, contrariis, & uilibus, & subsidiariis in contutores, fideiussores, & magistratus. Cap. 3.

1 Tutelæ & curæ actiones directæ, contrariæ, & uiles remissive. ¶ Et his copiose diximus in personis, dum de potestate in liberis personis egimus, post tutorum & curatorum tractationem. Et proinde nihil de his in hoc caput transferam.

De Cautione, & Actionibus reipublicæ, & aliorum contra gerentes munera & honores, & de iis qui pro illis tenentur. Cap. 4.

- 1 Administratores reipubl. pro quibus tenentur.
- 2 Calculi error retractari potest usque ad 20 annos.
- 3 Magistratus & reipubl. administratores usque ad 20 annos conueniuntur de gestis, & eorum heredes eod.
- 4 Iudex factiois in eam suam non obligat heredes suos.
- 5 Edilium actio in gubernatores reipublicæ.
- 6 Fideiussores magistratum pro illis tenentur.
- 7 Pater quando pro filiofamilias decurionatu, uel honore obligare se uideatur expresse, uel tacite.
- 8 Magistratus conueniendis, & eorum fideiussoribus, & nominatoribus udo.
- 9 Nabitati primum iuris est, eos qui gerunt honores, & reipubl. munera, pro sua administratione, quam gesserint, vel ex-

ercere debuerint, teneri ex dolo, lata negligentia, Pan. l. magistratus, 7. de administrat. rerum ad ciuita. per. lib. 5. o. tit. 8. ii enim reipublicam saluam fore promittunt, l. de magistrat. conueniend. li. 27. P. tit. 8.

¶ Tenentur etiam magistratus municipales, Aquilia lege, si damnum iniuria dederint, l. p. l. quemadmodum, 9. §. magistratus, ad l. Aquil. P. uiuitque hæc obligatio etiam post decennium & vicennium tempora, post quæ calculi erroris retractatio admittitur: nisi gratiose expunctæ dicantur rationes, quia tunc non retractatur, Modestinus in l. calculi, 9. de administrat. rerum ad ciuita. per. P. li. 50. tit. 8. l. in omnibus de diversis prædiis decurio. Et proinde heredes quoque eius magistratus, qui conueniri potuit pro eius debitis, non pro pænali iudicio conueniuntur. Et ita demum conueniuntur heredes, si post creationem defuncti administrauerint, & die administrationis faciendæ non gesserint, prout tenentur, l. quamquam, de excusato. C. l. 2. si tutor uel cur. & c. P. l. in fin. si pendens. appella. mors interu. P. Alioquin si ante diem subeundi muneris, seu honoris mortui fuerint, non tenentur, l. unio, si post creationem quis deceat, l. 10. C. ti. 69. l. si ad decurionatum, si pendente appell. mors inter. P. ¶ Atque in heredes iudicis qui litem suam fecit, actione dari Iulianus dixit, sed verum non esse Vlpianus notat, l. Iulianus autem, 16. de iud. l. 5. P. tit. 1. quia nec pænales in heredem transeant, l. 1. de prima delict. in P.

¶ Edilium, inquit Suidas, in verb. edilium, actio fuit in eos, qui aut urbem non recte gubernasse, aut legationem perpetam obissent, aut publicum aliquod munus male administrasse uiderentur. Ac iudicia quidem decemuirii logistæ, seu ratiocinatores dicti fortuitur: accusat autem eos, qui uult, & iudicibus permiffam est multam irrogare. ¶ Tenentur & pro iis, qui gerunt munera & honores, qui pro illis fideiussoribus tacite, uel expresse. Exstat Vlpiani huiusmodi hæc de re responsum, in l. 2. ad municipal. lib. 50. P. tit. 1. Quoties filiusfamilias uoluntate patris decurio creatur, ueneris muneribus, quæ decurioni filio iniunguntur, obstrictus est pater, quasi fideiussor pro filio, l. 1. ne filiusfam. & quemad. pater pro his tenet, l. 10. C. ti. 60. l. si filius, de administrat. rerum ad ciuita. per. in C. Confessisse autem pater decurionatu filii uideatur, si præter nominationi filii, non contradixit, d. l. 2. §. consentire, ad municipia. & d. l. 1. §. fin. de filiisfam. quom. pa. & c. l. 10. C. l. honores, §. §. fin. de decurio. in P. Proinde quicquid in reipublica filius gesserit, pater, ut fideiussor, præstabit. Gestum autem in reipublica accipere debemus: pecuniam habere, debitam tractare, siue erogandam decernere. Sed & si curatores operum, uel alterius alicuius negotii creauerint, tenebuntur etiam sibi successorem nominauerint, patrem obstringet: sed et si publica uel trigalia locauerit, pater erit obstrictus: sed et si filius tutores dare non curauerit, uel minus idoneos elegerit, nec pupilli rem saluam fore satis exegerit, uel non idoneum acceperit, ipse quidem, quin sit obstrictus nulla dubitatio est: pater uero ita demum obligatur sicut fideiussores hoc nomine obligari solent: obligantur tacite etiam, qui filium decurionem adoptauerint. At si non consentiat, sed proclamet, uel appelleret super nomine, non tenetur, l. Lucius Titius, 21. §. idem respondit, eum qui de muner. & honor. l. penult. de adopt. P. l. si adopta uero. de preca. in P. nisi de peculio, l. 1. §. 2. de filiisfam. & quemad. & c. l. 10. C. l. spurii, §. §. pater, de decur. P. l. si pater, quoad. pro uo. non est necess. l. 3. ne filius pro patre, l. 4. C. ti. 13. l. filios, §. de decurion. lib. 10. C. l. 1. quod cum eo qui in alio. pot. 3. §. fin. & l. fin. de pecul. P. uel si filius sit emancipatus, d. l. 1. de filiisfam. & c. l. 10. C. uel quia filiusfamilias non sit idoneus ex sua ætate, ut infans, Paul. l. Lucius Titius, 21. §. pro infante, de munerib. & hono. in P. Ceterum in quibus causis obligatur pater pro filiofamilias, honores uel munera publica obicitate, obleruandum est ita demum ex tacito consensu eum, & heredes eius conueniri, si uiuio eo filiusfamilias munera suscepit: non si post mortem patris, Pan. d. l. Lucius Titius, 21. §. idem respondit, heredes, & §. seq. de muner. & l. 1. de decurionibus lib. 10. C. Nisi expresse fideiussoribus: tunc enim iure communi fideiussoribus cõstringitur: accedit namque huic functioni munerum & honorum fideiussio.

¶ Verum in conueniendis istis, qui debite res sunt, ex administratione munerum publicorum, ordo seruandus est: ut primum, si collegæ sunt, quilibet eorum pro administratis a se tenentur, etsi magistratus indiuiduus sit, & heredes eius. Dehinc illi qui pro male gerentes interuenierunt: & si cautio eorum depositi muneris tempore nõ sit idonea, tunc tantum collegæ uel nominati ex negligentia & pœne causa tenentur, Pan. l. Imper. 11. & l. quod ergo, 11. ad municipia. l. 1. de decur. l. 10. C. l. 2. & 4. in prin. & §. ansepe. & §. de adm. re-